



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Sententia v. Rom. xiiij. In hoc Christus mortuus est, vt & viuorum &  
mortuorum dominetur. lxxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

278 CONSOL. EX RESVRRECT. CHRISTI.

toris infidiae? Sed quis audeat accusare, quos electos  
diuino cernuit iudicio? Num Deus pater ipse qui con-  
tulit, potest dona sua rescindere: & quos adoptione  
suscepit, eos à paterni affectus gratia relegare? Sed ma-  
ritus, ne index scuerior sit. Considera quem iudicem ha-  
beas. Nempe Christo dedit Pater omne iudicium. Po-  
terit te ergo ille damnare, quem redemit à morte; pri-  
quo se obtulit: cuius vitam suæ mortis mercedem effe-  
gnoscit? Nónne dicer: Quæ utilitas in sanguine meo, si  
danno quem ipse saluauit? Deinde cōsideras Jūdice, non  
consideras Aduocatum? Potist̄ ipse scueriore ferre sen-  
tentiam qui interpellare non definit, ut paterna recon-  
ciliationis in nos conferatur gratia?

Ioan. 5. 1

Psal. 29.

SENTENTIA V. Roman. 14.

In hoc Christus mortuus est, & resurrexit: ut & vi-  
uorum & mortuorum dominetur.

PARACLESIS.

CAPVT **H**oc persuadeas tibi, quod curam gerat Dominus  
LXXIII. infirmorum, ut erigantur, consolidenturque. Quis  
Theophyl.  
in Epist.  
Pauli. enim sanguinem suum fundere, nec non mori sustinuit,  
ut nostri dominaretur: quomodo iam nunc nostri non  
tangeretur sollicitudine, qui servi eius facti sumus?

SENTENTIA VI. 1. Cor. 15.

Per hominem mors, & per hominem resurrectione  
mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriūt,  
ita & in Christo omnes vivificabuntur.

PARACLESIS.

CAPVT **V**ides maximam Iesu Christi D. N. beneficētiā?  
LXXIIII. Peccauit Adam: iustitiam peccando perdidit,  
mortem inuexit. Christus vero quid? peccatum non fit:  
innocentia sua iustitiam reddidit, mortem abstulit,  
& vitam resurgendo reparauit: denique latitudinem  
piuernam contulit. Sum hæc bona prorsus inestimabilia:

ita 23